

**INTROIT Psalms 36: 30, 31**

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus, (Ps. 36: 1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus.

**COLLECT**

Sancti Brunónis Confessóris tui, quæsumus, Dómine, intercessiónibus adjuvémur: ut, qui majestátem tuam grávitèr delinquéndo offéndimus, ejus méritis et précibus, nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Ecclesiasticus 31: 8-11**

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in víta sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória æténa: qui pótuít tránsgridi, et non est tránsgréssus: fácere mala, et non fecit: ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómíno, et eleemósynas illíus enarrábit ómnis ecclésia sanctórum.

**GRADUAL Psalms 91: 13,14**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicátur in domo Dómini. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

**LESSER ALLELUIA James 1: 12**

Allelúja, allelúja. Beátus vir, qui suffert tentatiónem. quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja.

**GOSPEL Luke 12: 35-40**

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Sint lumbi vestri præcincti et lucérnæ ardéntes. Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum quando revertátur a núptiis ut cum vénerit et pulsáverit conféstim apériant ei. Beáti servi illi quos cum vénerit dóminus invénerit vigilántes. Amen dico vobis quod præcinget se et fáciat illos discumbere et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigíla et si in tértia vigíla vénerit et ita invénerit beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte quia si sciret pater familias qua hora fur véniret vigiláret útique et non síneret pérfodi domum suam et vos estóte paráti quia hora non putátis Fílius hóminis véniret.

**OFFERTORY Psalms 88: 25**

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

**SECRET**

Laudis tibi, Dómine, hostias immolámus in tuórum commemoratióne sanctórum: quibus nos et præsentibus éxui malis confídimus, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Matthew 24: 46-47**

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis quóniam super ómnia bona sua constituet eum.

**POSTCOMMUNION**

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cælestia aliménta percépimus, intercedénte beáto Brunóne Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

We beseech Thee, O Lord, that we may be assisted by the prayers of St. Bruno, Thy confessor, that we, who have grievously offended Thy majesty by sin, may obtain the forgiveness of our offenses through his merits and prayers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Happy the man found without fault, who turns not aside after gain, nor puts his trust in money nor in treasures! Who is he, that we may praise him? For he has done wonders in his life. He has been tested by gold and come off safe, and this remains his glory forever; he could have sinned but did not, could have done evil but would not, so that his possessions are secure in the Lord, and the assembly of the Saints shall recount his alms.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Let your loins be girt, and lamps burning in your hands. And you yourselves like to men who wait for their lord, when he shall return from the wedding; that when he cometh and knocketh, they may open to him immediately. Blessed are those servants, whom the Lord when he cometh, shall find watching. Amen I say to you, that he will gird himself, and make them sit down to meat, and passing will minister unto them. And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants. But this know ye, that if the householder did know at what hour the thief would come, he would surely watch, and would not suffer his house to be broken open. Be you then also ready: for at what hour you think not, the Son of man will come.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

We beseech Thee, almighty God, that we, who have received heavenly nourishment, may through it, by the intercession of blessed Bruno, Thy Confessor, be defended against all adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.